



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Antonii Mvsae Brasavoli Medici Ferrariensis Examen  
omnium Trochiscorum Vnguentorum, Ceratorum,  
Emplastrorum, Cataplasmatumque, & Collyriorum**

**Brasavola, Antonio Musa**

**Venetiis, MDLI**

Vnguentum Resinum XXXIII

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70720](#)

B R A S A V O L I

Masticas unc. III.

Thuris unc. II. & semis.

Olei nardini unc. I.

Olei oliuarum

Ceræ } quod sufficit.

Herbas cōtusas diebus quinq; in oleo macera, sexta die  
lenes ad prunas tādiu coque donec succus consumatur:  
deinde cola, & abiectis herbis medullas, & adipes liqua-  
tas appone, & spatula exagitando, ceram adiice & li-  
quatis puluerem terendo admisce: deinde ab igne deposi-  
tis oleum nardinum infunde, & agita donec in idem cor-  
pus redigatur, postea uase conditum usui reserua. SE.  
Non est magna differentia huius unguenti ad illud quod  
(ut dixisti) nonnulli Ferrarienses pharmacopolæ ser-  
uant. B R A S. Hoc nihil refert, si ego marciatōn un-  
guento indigerem, optarem potius ut hoc acciperetur,  
q; magnum. At siue fiat, siue non fiat, haud magnifico.

S E N E X.

XXXIII.

Vnguentum Resinum contemplandum est. B R A SA.  
Arbitror nullum esse unguentum magis constans isto,  
nam omnes idem præcise conficiunt, in hoc solum diffe-  
runt, quod aliqui oleum rosaceum accipiunt, alij oleum  
commune, omnes uero ita conficiunt.

Recipe olei communis

Terebinthinæ

Resinæ pini

Ceræ citrinæ

Misce, & secundum artem fiat unguētum. tu uero quod  
oleum accipis? SE. Oleum rosaceum semper accepi.  
B R A S. Si rosaceum accipiatur magis redolet, tamen  
apud

} Singul. partes æquales.

apud nonnullos pharmacopolas Romæ unguëtum quod  
sequitur pro resino unguento uenditur.

Recipe Resinæ pinguis albæ et mollis unc. II.

Gummi hel.: i unc. semis.

Olei rosacei unc. I.

Ceræ albæ quantum sufficit.

Misce, et cum uino albo conficiatur unguentum. S E.

Nunq̄ uidi hoc pro resino unguento seruari. B R A S,  
Et nullus est Ferrariae, uel Venetijs qui ipsum conficiat  
pro resino unguento. Conciliator ait, Vnguentum hoc  
cerebrum roborare, superfluitatesq; exiccare quæ sub  
osse sunt absq; abrasione, et ipsius ossis detractione.

S E N E X. XXXIIII.

Vnguentum Basilicon ad examen uenit. B R A S. Et  
sue sunt in hoc unguëto difficultates, nam aliqui Mesue  
basilicon seruant, alij basilicon quoddā quod magistrale uocant. S E. Quale est hoc quod dicis, nam ego semper Mesue basilicon seruau. B R A S A. Et deinceps  
etiam seruato, sed maxima pharmacopolarū pars hoc  
quod sequitur seruat.

Recipe picis naualis

Picis græcae

Terebinthinae

Resinæ

Olei communis

Ceræ nouæ unc. III.

} Singulorum unc. VI.

Misce, et igne lento fiat unguentū. S E. Diu est quod  
multos ita conficere noui, sed amplior uidetur Mesue  
compositio, nam ipse ita conficit, et ad parui differen-  
tiam magnum basilicon uocat.

Recipe